Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



·Ne·

De maledictione serpentis.

asti maledictus eris inter omnia animalia et bestias terre. Super pectus tuum gradiere et terram comedes omnibus diebus vite tue. Inimicitias ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius. Ipsa conteret caput tuum et tu insidiaberis calcaneo eius. Non solum enim malignus spiritus qui per serpentem significatur verum etiam ipse serpens pre ceteris terre animalibus ab omnibus maledicitur et odio habetur. Graditur autem super pectus suum bestia antiquus quia omne suum consilium et sapientiam que utique in pectore omnes concipiunt et dissipat cosque quos pectora possidet non derelinquit sed in eis suple regit graditur et dominatur. Terram uero comedit aliquibus diebus quia peccatores quos deceptos eorum suppliciis insatiabiliter cruciat. Sunt autem ut minimum ac mendacium et ecclesiam que quidem per mulierem significatur et inter semen et filios utriusque. quia diuersa sentientes diuisa ac pietates diuisa sectantes nunquam pacem et concordiam inter se tenere possunt. Conterit autem ecclesia ipsius caput quem ei callide machinationis principium sanctus statim in ipso exordio ei consilium ingenium et uersutias detegat. Ipse uero insidiatur calcaneo eius. et quia nisi recte incedat et in bono opere strenue firmiter gradiatur mox eam mordet et qui tentantem supplantare et deicere niti.

Mulieri quoque dixit. Multiplicabo erumpnas tuas et conceptus tuos in dolore parces filios et sub uiri potestate eris et ipse dominabitur tui. Hec autem mysticam intellecta expositione non indigent. Nec uero erumpnas multiplicatas fuisse cogniscere si sororum carceres uincula et flagella aliosque diuisos angustias recordens. Quod uero eius conceptus sunt multiplicati ipsa testatur dicens. Letare sterilis que non parturiebas erumpe et clama que non parturis. quia multa filii deserte magis quam ei que habet uirum. Parit autem in dolore sicut ipse dominus ait. et mulier cum parit tristiam habet. Est autem sub uiri potestate quia nemo nisi ipse ei dominatur.

Ne uero dixit. Quia audisti uocem uxoris tue plus quam me et de ligno de quo tibi precepum ne comederes comedisti maledicta terra in opere tuo. In laboribus ex ea cunctis diebus vite tue. spinas et tribulos germinabit tibi. Et comedes herbas terre. In sudore multis tui uescieris pane donec reuertaris in terram de qua sumptus es quia pulvis es et in pulverem reuertens. Nulla inquit tibi prodent excusatio. sed quia mea superata conuenienter mulieri obedisti maledicta terra in opere tuo. In tuo quidem sed non in meo. Cum enim male agis opus tuum est. cum uero bene non tuum sed meum. Igitur non in meo sed in tuo maledicta terra idest caro tua. De ligno uetito comedisti opus tuum est. In lux autem opere quid benedictionis terra amiserit quis ignorer cum manifestum sit quod ea sua sponte omnibus omnia necessaria subministrare si lux opus primum bonis non egissent. Unde et subditur. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tue. Si enim non peccasses omnibus bonis sine laboribus abundasses. Sed quia peccasti ipsius quoque laboribus debitum non dabit sed spinas et tribulos tibi germinabit et comedes herbas terre quasi pabulum si deliciis male usus es. In sudore multis tui uescieris pane. quasi superbiendo quietem despexisti. donec reuertaris in terram de qua sumptus es. quia non ut putabas deus eris sed pulvis es et in pulverem reuertens.

Cognouit Adam nomen uxoris sue Euam eo quod mater esset cunctorum uiuentium. Non enim cunctorum uiuentium sed solum modo bonum mater est eua. Sed quia sole bonum animae mori non possunt merito mere certa terre aliquando bonis uiuentes diuamur. Fecit quoque dominus deus et uxori eius tunicas pellicias et induit eos. In lux enim immortales eos esse monstrabat quod mortuorum pellibus eos uestiuit. Ergo qui dampnatis in uno suo indumento cum maledictionis subiacuerunt ostendebant dum sue damnationis signa qui pro interitu ferebat. Unde et subditur. Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis sciens bonum et malum. Hec autem hyronice intelligitur. Et tale est ac si diceret Ecce sua quoque dignitate diminutus est homo dum superbiendo uoluit plus esse quam homo.

Adhuc ergo ne forte mittat manum suam et sumat etiam de ligno uite et uiuat in eternum. Fiat enim de ligno scientie boni et mali gustando mortis se legibus subdidit ita etiam si de ligno uite

De maledictione serpentis

Quale spes sit quam habet serpens

Quomodo intelligatur maledicta terra in opere tuo

De maledictione quia terra in opere tuo

De qua promissione diabolus fecit hoc

Nec loquitur dei de adam et mulier in gen. 1. p. xiii